



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 121. Hujus causa per Parlamenti edictum ad Parisiensem Episcopum delata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI. bendum, nec posthac attentet componere, aut
A.C. 1523. e latino in vernaculum sermonem quicquam
 transferre, quod in præjudicium fidei ca-
 tholicæ vergat.

§. CXXI.

*Hujus causa per Parlamenti edictum
 ad Parisiensem Episcopum delata.*

Argent. l. c. Hanc in rem Parlamentum promulga-
Chev. l. c. to edicto præcepit, ut facultatis
Ex 1. Regist. sententia Berquino significetur: Ille au-
MS. censur. tem ad Doctorem judicium tam calamo,
sacrae Facult. quam lingua præsentibus etiam Judici-
Par. fol. 100 bus respondit, hinc cognita illius perti-
¶ 179. nacia die prima Augusti captus est, &
 quarto post die aliud edictum adversus
 eum hunc in modum emanavit. Exa-
 minatis a Curia quibusdam libris a Ludovi-
 co Berquino nunc in carcere incluso compo-
 sitis, vel Gallice redditis, constat, quod
 præfatus Berquinus hæresin ac damnatam
 Martini Lutheri doctrinam velit sequi, ac
 tenere: quapropter ejusmodi libri Curia
 jussu, & petente Procuratore Generali ad
 illius forum delati, necnon præsentibus Ber-
 quino, ac quibusdam Consiliariis ad id de-
 putatis Doctores Parisiensis Theologicæ
 Facultatis traditi fuere: Visi igitur judi-
 cis ac præfatæ Facultatis deliberatione, ip-
 sisque Berquini responsis scripto ab eodem
 Procuratore Generali exhibitis, postquam
 cuncta

cuncta ista Procuratori Generali per edictum Sæcul. XVI. A.C. 1523.
 Curie tradita, & ipse Berquinus iterato in pleno Curie Confessu auditus fuisset, præcepit eadem Curia, ut Ludovicus Berquinus unacum libris suis ad Parisiensem Episcopum remittatur, qui duos dictæ Curie Consiliarios, ac nonnullos Facultatis Theologicæ Doctores advocet, ut communi opera circa ipsum factum, & crimina, de quibus accusatur, sententia feratur. Post hæc die octava Augusti Rex Berquinum ex Episcopali carcere per Fridericum Tribunalium extrahi, caussamque ad Regium Consilium evocari jussit, ubi a Cancellario judicatus ac condemnatus fuit, ut quasdam propositiones hæreticas abjuraret, quod & præstitit.

§. CXXII.

Parisiensis Parlamenti edictum adversus Lutheri libros.

Die duodecima Mensis Augusti eodem Anno Parlamentum adversus Lutheri libros aliud promulgavit edictum Argentor pag. 407. hujus tenoris: Cum Procurator Generalis libros a Martino Lutero compositos, utpote pluribus erroribus ac damnatis hæresibus refertos comburi postulasset, omnibus & singulis cujuscunque status ac conditionis prohibemus, ne præfatos libros & Lutheri doctrinam vel

B b 3

reti-